



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianae Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 19. Sunt ne magnitudine pares inter se personae diuinae?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

L I B E R I.

Sicut ergo filius æternaliter nascen- *Aug. lib.*  
do à patre accipit, quod sit filius : sic *5. ca. 15. de*  
spiritus sanctus æternaliter pceden- *Trini.*  
do, accipit quod sit spiritus sanctus.

Atq; hinc quidem quatenus sem- *Matt. 6.*  
piternè donum est, refertur ad patrē *Luc. 11.*  
& filium : quatenus verò datum, vel  
donatum est, refertur ad eum qui de-  
dit, & ad eos quibus datur.

Caput 19.

Sunt'ne magnitudine pares inter se  
personæ diuinæ?

**A** Equales sunt diuinæ personæ, *Aug. lib.*  
nec se inuicem excedunt in æ- *7. cap. 1. de*  
ternitate, potentia, vel magni- *Trini.*  
tudine: quæ licet vocibus diuersis ex-  
primantur, sunt tamen eadē essentia.

Hinc ex illa consubstantialitate  
vna persona dicitur esse in alia.

Nulla ergo est in diuinis personis *Aug. de*  
essentialis diuersitas seu differentia, *fide, ca. 1.*  
nec partium integraliū, nec subiecti *Flila. 5. de*  
uarū, nec materialiū quarumcunq; *Trini.*

Nec ibi duæ personæ plus aliquid  
habēt, quàm vna: nec ita numero dif-  
ferūt, quasi vna sit quid aliud ab alia:  
sed quia inter numerandum à se inui-  
cem discernuntur: vt pater dicatur  
vnus, pater & filius duo, & cætera.

Hinc

LOCORVM COMMVNIVM

*Matt. 19.* Hinc vniuersæ tres personæ nõ sunt  
*Aug. lib.* maioris deitatis, sicut nec veritatis  
*8 cap. 1. de* & magnitudinis, quàm singulæ: nec  
*Trini.* singulæ minoris quàm omnes, sed æ-  
 qualis sunt deitatis, & eadem deitas.

Quo patet, quod etsi Deus trinus  
 est, nõ tamen triplex dici debet: quia  
 vbi triplicitas, ibi duo plus quàm v-  
 num, & tria plus quàm duo.

Caput 20.

*Suntne potentia æquales perso-  
 næ diuinæ?*

**A** Equales sunt etiã diuinæ per-  
 sonæ potentia: ita vt non ma-  
 iorem potentiam habeat pa-  
 ter filio, nec duo vel tres maiorem,  
 quàm vnus. Quod verbo Christi osten-  
 ditur: Omnia (inquit) quæ habet pa-  
 ter, mea sunt: ergo & omnipotentia  
 vtrique communis est.

*Ioan. 16.*

Nam si pater non generasset filiũ  
 in potentia sibi æqualem, id certè fa-  
 ctum foret, aut quia nolisset, aut nõ  
 potuisset: quorũ vtruncq; falsum est:  
 sic enim aut inuidus, aut impotens  
 probaretur. Nam in rebus humanis  
 pater filium, qua potest generat sibi  
 æqualem: imò & meliorem & maio-  
 rem, si posset. Deo tamen nihil esse po-  
 test

*Aug. lib.*  
*3. cap. 7.*  
*cõt. Max.*

test mai-  
 ter filio.  
 Nec in-  
 ter filiu-  
 do cand

*Cuius se*

**V**

li, vt si d-  
 quantu-  
 enim n-  
 pprieta-  
 altera e-  
 Quo-  
 persona-  
 essentia-  
 pater es-  
 eiusmo-  
 doxos i-  
 expone-  
 nis gen-  
 Quo-  
 pturis e-  
 clusua-  
 tamen f-